

quibus in hoc saeculo sine cessatione
anxistis. Illic percipietis coronam pul
critudinis. & uestem iocunditatis
de manu dñi. & dicatis. Laetetur anima
mea in dño. Induit enim me indumen
tum salutis & iustitiae. & circumdedit
me laetitiae. tamquam sponso circū
dedit sicut mihi mitram. & tamquam spon
sus ornauit me ornamento. Illic sicut
bimini. quicumque esuritis & sititis
iustitiam. Illic fulgebitis sicut sol. In throno
patris uestri. Illic immortalia saecu
la & manentia inuenietis. Illic dona
tur uobis. sine perturbationibus &
tristibus longitudo dierum. Illic uox
exultantium & exultantium. Illic uobis
preparatus est locus. in domo dñi. &
in muro eius. & nomen sempiternum
quod non delebitur. Ipse enim dñs. no
n est uestrum. Nam non erit uestri
similis quisquam. si conuersi fueritis
feceritis in caelis gaudium. In die il